



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu**

**Pragae, Anno M.DCC.III.**

**VD18 13723553**

T.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

Constitutio Clem. VIII. super modo, & forma Confraternitates erigendi, & aggregandi edita, minimè afficit Nostras Congregationes, quarum Indulta omnia iterum confirmata sunt. Greg. xv. in Bull. Societ. M. S. p. 347.



## SUBSIDIA.

Vide verbo *Exemtio*.



## TITULUS.

*Defectus in titulis, & unionibus Beneficiorum ad annum 1570. supplentur.*



Er gratiam concessam Prædicatoribus, omnes tituli à Sede Apostolica, vel illius Legatis, bonorum temporaliū, ac uniones Beneficiorum Societatis usque ad diem XVIII. Januarii anno Domini 1570. concessi, confirmantur, & de novo conceduntur: defectus, quicumque illisi sunt, supplentur: absolutio à siuctibus male perceptis, & à censuris propterea incurisis, in utroque foro conceditur, & in irregularitate dispensatur. Tenentur tamen Nostrī adimplere pœnitentias, quas Confessores,

res, quos ipsi ad id elegerint, propter præmissa injunxerint. Pius v. ut in privilegiis impressis, fol. 185. & seq. Concessum est etiam Societati à Greg. XIII. V. V. O. quod iam pridem sortitum est suum esse-  
tum.

*De electione Confessarii servetur Regula  
Et Privilegium Societatis, de quo verbo Ab-  
solutio. §. 11. Et verbo Gratiarum usus. §.  
2. Quod attinet ad uniones, præcedens privi-  
legium revocatum fuit per Gregorium XIII.  
ut in eius Bullasub data Kalend. Martii an-  
no 1572. que incipit: In tanta.*

\*\*\*\*\*  
**TRANSLATIO**  
ad alium Ordinem.

Vide quæ habentur verbo *Apostata*. §.  
10. & 11. & verbo *Professi*. §. 2.

\*\*\*\*\*  
**VISITATORES.**  
*Indulg. plen. pro Nostris in visitatione.*



Ossunt Visitatores Nostræ  
Societatis in singulis Colle-  
giis & Societatis locis, abso-  
lutâ visitatione concedere  
Nostris benedictionem, & Indulgentiam  
K 6 plena-